

quam futuris in perpetuum. Iniuncti officii *nos* hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestum et conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum *malitia*¹ tueamur et beati Petri atque sanctae sedis apostolicae patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino fili, *Gerunge abbas*, rationabilibus tuis postulationibus annuentes ecclesiam *vestram* cum *omnibus* bonis suis et *immunitatibus praedecessoris nostri felix memoriae Pascalis papae vestigiis inhaerentes* sub beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus et praesentis scripti nostri pagina communimus, statuantes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona *idem monasterium* vestrum in praesentiarum iuste et legitime possidet sive in futurum largiente Deo concessione pon-

canonicam vitam professis, tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Iniuncti officii *nostri* hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestum conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum *nequitia* tueamur et beati Petri atque sedis apostolicae patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino fili, *Conrade praeposite*, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, ecclesiam *sancti sepulchri de Denckendorff*, cum bonis suis, ab *illustrissimo viro, Bertholdo comite pro animae suae remedio, glorioso Ierosolymitano sepulchro Domini oblata*, cui auctore Deo *praeesse cognosceris*, in beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus et scripti nostri pagina communimus, statuantes, ut quascunque possessiones, que-

tam professis, tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Officii nostri *nos* hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et *honestati* conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum *nequitia* tueamur et beati Petri atque sedis apostolicae patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino fili *Conrade praeposite*, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, ecclesiam *sancti sepulchri de Denckendorff* cum bonis suis ab *illustri viro Bertoldo comite pro animae suae remedio glorioso Ierosolymitano sepulchro Domini oblata*, cui auctore Deo *praeesse cognosceris* in beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus et scripti nostri pagina communimus. Statuantes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona *eadem ecclesia* in praesentiarum iuste et

1) 'militia' Hs. A.